



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Detectio Nvgarvm Lvtheri, Cvm Declaratione Veritatis Catholicae, Et Confvtatione Dogmatvm Lvtheranorvm**

**Bundere, Jan van den**

**Louanij, 1551**

Si Papa valeat aliquid constituere necessariò à Christiano obseruandum.  
cap. xxi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35621**

rat, vt nihil oporteat propter alios in eis re-  
 tos errores cætera contemnere. Quæ alioqui  
 verè catholiceque tradiderunt. Animaduer-  
 te ex his quàm facile hallucinari, & errare pos-  
 sunt, qui textui hærentes sese magistros esti-  
mant, Et quàm laboriosum sit, verū assequi  
scripturæ intellectum.

*Si Papa valeat aliquid statuere à Christiano  
 obseruandum. CAP. XXI.*

**P**HILOMATHES Quoniam confides  
 pro te libenter mihi operam dare in adi-  
 mendis meis scrupulis: statui quoque te  
 percontari, si præter scripturæ interpre-  
 tationem aliquid adimat Lutherus, potesta-  
 ti Romani Pontificis.

**ORTHOXVS** Immo permulta. Odio  
 non sat est læsisse æmulum, nisi exterminet: si  
 nō desit facultas. Quia nanq; nō sinebat scele-  
 stum apostatam ex sententia agere ac omnia  
 inuertere pro libito summus pastor, sed ob  
 pertinacem hæresim anathemate eum ferijt:  
tanto animi liuore exarsit in Ro. Pōtificem,  
vt omnes nocendi vires colligeret, nihilq; re-  
linqueret intentatum quo illi apud omnes a-  
trocem inuidiam conflaret. Hoc vel illa sola  
 quæ ad Sicarium Desdre eructa verba, satis  
 loquuntur & indicant. Sic volo (inquit) vt  
 H deinceps

## SI PAPA VALEAT

deinceps dicatur de me quòd plenus sum maledicentiæ, criminationis, & execrationis in papistas. Nec vllum verbum bonum amplius ex me audient.

O virulenti pectoris verba. Hoc cine est esse virum euangelica mansuetudine præditum? In epistola verò theutonica, quam admonitionem fidelem ad omnes Christianos vocat, nihilo modestiorem, Inspice autem it facta mea. Nonne ego Papæ, episcopis, presbyteris, & monachis, solo ore absque ictu gladij, plus ademi, quàm hactenus omnes Imperatores reges & principes? Et si ne nos ista duos adhuc annos agitare, tunc videbis vbi Papa, episcopus, cardinalis, presbyter, monachus aut monialis, campana, turris, missa, vigiliæ, cuculla, cappara, rasura, regula, statuta, & totum examen ac congeries papalis regiminis maneat. Tanquàm fumus profectò euanesceat. Ecce pseudo-propheta periit: Et regnum ecclesiæ gratia Dei consistit.

In captiuitate sua Babilonica scribit, neque Papam neque vllum hominem habere ius vnus syllabæ constituendæ super Christianum hominem: nisi id fiat eiusdem consensu. Hoc enim esset, hominum seruos fieri

& tyrannicis eorum legibus subijci, Christianis nihil vlllo iure imponi potest legum: nisi quantum volunt, Cùm sint liberi ab omnibus. Præterea in epistola quam inscripsit, Fidelem admonitionem ad Christianos sic ait. Doce, loquere, scribe, & prædica, quomodo leges humanæ nihil sunt.

Hic vide mi Philomathes quàm sit hæc tumultuosa & seditionis plena doctrina: & scripturis contraria. Ait enim Paulus, Omnis anima potestatibus sublimioribus sub- Rom. 13.  
dita sit. Non enim est potestas nisi à Deo. Quæ enim à Deo sunt: ordinata sunt. Ita-  
que qui resistit potestati Dei ordinationi re-  
sistit. Qui autem resistunt: ipsi sibi dam-  
nationem acquirunt. Et subdit, ideoque ne-  
cessitati subditi estote, non solum propter  
iram: sed etiam propter conscientiam. Et 1. Pet. 2:  
Eph. 6.  
Petrus, Serui subditi estote in omni timore  
dominis, non tantum bonis & modestis:  
sed etiam discolis. Vt autem Christianos ab  
 obedientia ecclesiæ subtraheret, ait in libello  
 quem appellavit, glossam in præensum edi-  
 ctum imperiale Augustanum. Ecclesiæ ne-  
que credendum est neque obediendum: si  
præter aut extra verbum Christi loquatur,  
aut instituat aliquid, rectè dixisset, si contra  
Christi verbum, Nam Apostoli non contra,

## SI PAPA VALEAT

Act. 15. sed præter Christi verbum decreuere, vt gen-  
2. Cor. 7. tes ad fidem Christi conuersæ, abstinere à  
 contaminationibus simulacrorum, & fornicatione,  
 & suffocatis, & sanguine. Et Paulus ait  
2. Cor. 7. Corinthijs. Dico ego nõ dominus. Si quis frater  
 vxorem habet infidelem, & hæc consentit  
 habitare cum illo: non dimittat illam. Et si  
 qua mulier habet virum infidelem, & consentit  
 habitare cum illa non dimittat virum.  
 Quæ scriptura horum meminit? Habetur  
 præterea Act. 15. Quòd Paulus perambulabat  
 Syriam & Ciliciam confirmans ecclesias,  
 præcipiens custodire præcepta apostolorum &  
 seniorum. Et capite sequenti dicitur. Cùm  
 Paulus & Silas pertransirent ciuitates, tradebant  
 eis custodire dogmata quæ erant decreta  
 ab apostolis, & senioribus, qui erant Hierosolymis.  
 Verùm in eiusmodi decretis statuendis, variãdis  
 ac in vniuersum tollendis habenda est ratio  
 temporis, loci seu personarum. Hinc nobis licet  
 vesci sanguine quod Iudæis, ac in primitiua  
 ecclesia non erat admissum christianis. Immolata  
 idolis vetita fuere aliquando: & Paulus concedit  
 ea edere sine scandalo tamen. Dominus quoque  
 apostolis ad predicationem missis vsu virgæ,  
 peræ, pecuniæ &cæ. interdixit. postea in cœna  
 mutauit concedens peram, sacculum, &cæ. Romanus  
 itaque

2. Cor. 10.

Math. 10.

Luc. 9.

Luc. 22.

que Pontifex ac alij ecclesiæ prælati, eadē iam functi autoritate & apostolorū, successores valent quædam instituere aut abrogare iterum, vti ratio loci, temporis, seu personarum expostulat. Hoc cum non placeat Lutheri, Pape, episcopis, concilijs, immo & ipsis regibus adimit, & sibi vni ius ferendarum legum arrogat. Sileant itaque Pontificum & conciliorum canones, Licurgi atque Solonis leges, valeant Iustiniani pandectę. Lutherus solus regnet & triumphet vbiq;, qui leges suas ab omnibus obseruandas decimo eduxit olympo. Edidit quippe libros legum suarum nedum in ecclesiasticis, verum & in ciuilibus. Primum de formula baptizandi: alterum de institutione cultus diuini. Tertium de communi fisco. Et ne aliqua ex parte deesset strenuus & vigilantissimus legislator, aliquot canones docendi concionandiq; tradidit tam exactè & limatè elaboratos, vt propter suorum concionatorum discordiam necessum fuerit illi alteram docendi methodū excogitare: cui cathecismi titulum dedit.

Tradidit etiam vsum fidemq; duorum sacramentorum, baptismi videlicet & eucharistiæ nouo modo. Nec plura tunc sacramenta agnoscere voluit.

Præterea aliam tulit legem suis mirè ap-

H iij

plausi-

## SI PAPA VALEAT

plausibilem, vt si mulier à viro foecundari ne-  
queat ad alium se conferat vt foecundetur. Et  
vir foetum illum alere tenebitur. Et econtra  
vir itidem faciat. Inuenisti iam legislatorem  
maiores licurgo, Iustiniano, imo & Moy-  
se parem Christo. Eius enim est interpre-  
tari legem, cuius est condere. Christus le-  
gem tulit, mulierem à viro non discedere ni-  
si fornicationis causa. Lutherus autem con-  
cedit mulierem à viro discedere prolis causa.

Matth. 5.

Tantum autem roboris vult sua habere sta-  
tuta, vt saluari non possit quisquis doctrinam  
suam non seruauerit. Et confestim sathanae  
tradit, quotquot illius sententiae subscribere  
recusant, Testes sunt Tigurini.

Quantum facinus estimet, sibi non obtem-  
perare, audire libeat. Cùm è Pathmo sua re-  
uersus Vvittenbergam accepisset fratres suos  
Augustinianos diuorum imagines templis, &  
facellis exturbasse, missas priuatas abrogasse,  
primò factum collaudauit, deinde reprehendit,  
non quod malū egerant, sed quòd se actore  
ac consultore id non egissent. Sic & alias  
quasdam temeritates suorum tum barbaricas  
tum sceleratas & impias, quas ipso absente se-  
cundum doctrinam eius in factum deduxe-  
rant reprobauit. Quales erant abolitio sa-  
cramentorum, attrectatio corporis Christi

in

QVANTO ODIO LVTHE. 52

in sacramento prophanis manibus, &c. Nam omnia hæc etsi libera esse volebat, & stultis Papæ legibus ascribebat, Attamē quia attentata fuerant eo absente & non iubente reprehendit. Quid verò istud est aliud quàm omnibus neglectis sibi vni omnium vindicare obsequium atque obedientiam?

*Quanto odio Lutherus in clerum exarsit.* CAP. XX.

**P**HILOMATHES Alios etsi læserit Lutherus, monachis ipse monachus percipit credo,

**ORTHODOXVS** Vix in aliquos fuit magis iniurius, Neq; hoc mirum cuiquam videri debet, hoc nempe pacto apostasiam suam à monachatu commendatiorem reddere putabat. Quilibet enim iustificare se volens persequitur quod iniquè deseruit. Sic fides Christiana crudeliorem non habuit hostem quàm Iulianum apostatam, Et Iuliani apostatæ spiritus, in Lutherum apostatam videtur commigrasse. Placet audire quanta reuerentia tractauerit clerum? duos libellos edidit, alterum latinum, alterum theutonicum & virulentiorē, ambos plenos calumnijs & criminationibus in Papam, in

H iij Impe